90

digestiuis aut sic materiis exhibe eam solu
tiua ex prenominatis. Temporibus preterea
intermediis quibus non dantur huiusmodi di
gestiua aut laxatiua semper da alterantia
et confortatiua cor quemadmodum est po
tus superius descriptus de aqua ro(sarum) cum mo(sco)
et bolo aut aliud iuleb cordiale ante
cedenter descriptum quando mentionem
fecimus intentionis prime de confor
tanda virtute et circa capitulum de preser
uande. Aut fiat illud iuleb cordiale ℞ Julep aceto
succi acetositatis citri succi limonum an(a) sitatis citri
℥ iiij aque cardui valeriane aque tor
mentille aque betonice an(a) ℥ iij aque
diptanni ℥ ij aque buglosse aque distil
lationis corticum citri et seminum
eius an(a) ℥ iiij aque florum boraginis et
buglosse an(a) ℥ ij aque ro(sarum) lib j aque
acetose aque taraxacon aque cicoree
an(a) ℥ iij aque melisse ℥ ij cum sufficiente
quantitate zucare fiat iuleb aromatizatum sic
℞ ambre ℥ j been al(bi) et ru(bri) an(a) ʒ j ossis Aromati
de corde cervi serici crudi an(a) ʒ ij Jacincti zato
smaragdi an(a) ℥ j granati saphiri an(a) ℥ ß
margaritarum ℥ j ligni aloes ʒ iiij hec subti
liter pulverizata ponantur in petia rara in
vase uno cum iuleb et pro confortatione si
non esset camma posset addi vini mal
uatici lib ß et pro non tam divitibus posset
fieri aromatizatum sine gemmis sicut bolo
ar(meno) terra sigillata an(a) ℥ ij sandal(orum) al(bi) et ru(bri)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1086/0187
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG